Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Numquid aliquid
defuit vobis. At illi
dixerunt. Nichil. Dixit
ergo eis. Sed nunc qui
habet sacculum tol-
lat similiter et peram
Et qui non habet ven-
dat tunicam suam
et emat gladium. Di-
co enim vobis. quia
adhuc hoc scriptum est
oportet impleri in me.
et cum iniquis reputa-
tus est. Et enim que
sunt de me finem ha-
bent. At illi dixerunt. Do
mine ecce duo gladij
hic. At ille dixit eis.
Satis est. Et egressus
ibat secundum consuetudi-
nem in montem oliva-
rum. Secuti sunt autem
illum et discipuli. cum
pervenisset ad locum dixit
eis. Orate ne intretis
in temptacionem. Et
ipse avulsus est ab eis.
quantum iactus est la-
pidis. Et ponens genu-
flexus orabat dicens. Pater
si vis transfer calicem
istum a me. Verumtamen
non mea voluntas
sed tua fiat. Apparuit
autem illi angelus de
celo. confortans eum
Et factus in agonia
prolixius orabat. Et